Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

fruantur. Verum hi qui sunt in hac existimatione non pspiciunt altitudinem rationemq; hominis: que tota non in corpore: sed in mente est. Nihil n. uident amplius: q̃ corpus quod salue & quia uidetur oculis manuq; tractabile est imbecillum fragile mortale est: cuius sunt illa omnia bona: que cupiditas ac miraculo sunt. opes honores. impia: q̃m corpori afferunt voluptates: & ideo tam caduca sunt: q̃ corpus ipsum: Animus vero ī quo solo est homo quoniam oculis non est nec bona eius aspici possunt: que ī sola uirtute posita sunt & ideo tam stabilis & constans & appetibilis sit: nec est sicut ipsa uirtus: in qua est omnis bonum:

Longum est omnibus uirtutis speciem promere: ut de singulis doceam: q̃ nec sit sapientem ac iustum uirum longe ab illis bonis abhorrere: quibus quia fruuntur in iusti: deorum cultus veri et efficaces esse creduntur: quod ad pstem pertinet questionem satis est: si ex una uirtute id probemus: quod intendimus: Nempe magna & precipua uirtus est patientia: quam pariter & uulgi publice voces et phi & oratores summis laudibus celebrant: quod si negari non pōt: qui summa sit uirtus: nec est iustum et sapientem virum in pace esse boni iniusti: ut capiat patientia patientia est. n. malorum: que aut inferuntur aut accidunt cū equitate patio: Ergo iustus & sapiens: quia uirtutem capit habet in se patiam: qui carebit oī no si nihil patietur adūsi: Contra: qui in rebus prosperis agit: impatiens est: & uirtute maxima caret: Impatientem dico: quia nihil patitur: Innocentiam quoq; seruare non pōt: que ipsa et iusto & sapienti uiro propa uirtus est: sed & nocet sepe & concupiscit aliena rapit: que cupierit p iniuriam: quia uirtutis expes. uitio peccatoq; subiectus est: & fragilitatis oblitus animo insolenter elato tumet: Iniusti ac deū nescientes & diuitiis & potentia & honoribus florent: Hec n. cuncta iustitie premia sunt: Quia et appetitia esse non possunt & p cupiditatem uolentium quertuntur. Iustus vero ac sapiens: quia illa omnia humana sunt: ut est ab alio dictum sua bona diuina iudicat nec alienū q̃q̃ cōcupiscit ne quem contra ius humanitatis ledat oīno nec ullam potentiam honorem ue desiderat: nec cui faciat iniuriam Scit n. cūctos ab eodem deo eadem conditione generatos iure fraternitatis esse conuictos: sed & suo contentos & parco. Quia fragilitatis sue memor non amplius querit: q̃ unde uita sustentet: & ex eo ipso: quod habuerit: impetit & non habenti: Quia pius est: & accedit eo: q̃ voluptates caducas uitiosas q̃ contempsit: quarum causa opes appetuntur: Quoniam continens est: a libidinū uictor. i. nihil minoris atq; insolentie gerens. non extollit se altius. nec exigit sup

.XCIII.

Quanta patientie laus.

Quid sit patientia.

Iniustitie premia.